Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift

litoribus colligatur. Quod ligno perforatum siccant Indi atque reponunt. Fertur
Nardus. autem paradisi esse herba, gustu nardum referens. Nardus est herba spicosa.
unde et a Graecis nardostachys appellata. Quarum alia Indica, alia Syriaca vocatur.
non quod in Syria nascatur, sed quod mons in quo invenitur alio latere Indiam expectat,
alio Syriam. Est autem Indica multiformis, sed melior Syriaca, levis, fulva, como
sa, spica parva, odorissima, cyprum simulans. Quae si multum in ore tar
Nardus celtica. daverit, linguam siccat. Nardus celtica a regione Galliae nomen traxit. Nasci
at ligurie tur enim saepius in Liguriae Alpibus et in Syria, frutice parvo, radicibus in mani
pulo collectis ligamentis. Flos eius tantum propter odorem bonum. Tirsi eius atque radiculae
Costum. utiles probantur usibus nostris. Costum radix herbae est, nascens in India, Arabia et
Syria, sed melius Arabicum. Est vero album et leve, suave, iocundi odoris. Indicum
colore atro et leve ut ferula. Syriacum vero ponderosum, colore buxeo, odo
Crocum. re acro. Sumunt tamen album, leve, aridum, gustu incendens. Crocum dictum ab
oppido Ciliciae quod vocatur Coricium. Quamquam et alibi nascatur, sed non tantum vel tale quale
in Cilicia. Unde et a potiore parte nomen accepit. Nam multae res nomina sup
servata locis ubi plus provenit et melius aliquid. Optimum autem est quod fuit recens,
odoris boni, albedine parva, porrectae longitudinis, integrum et neque in
fragmenta comminutum, sputatione bona et cum capitur manus inficiens, et leniter
acre. Quod si eiusmodi non fuerit aut vetustum aut infusum agnoscitur. Adulteratur autem
admixto croco magmate. Augendi quoque ponderis causa spuma argenti
contrita adicitur, et proditur si pulverulentum reperitur atque decoctum ab odore
proprio fuerit lapsum. Crocomagma expressis aromatibus croceini unguenti atque
Asarum. in formato redimine in panniculos fit, et ideo sic appellatur. Asarum nascitur
in umbrosis montibus, floribus casiae similibus, inter quos flos iuxta radicem purpureus, in
quo semen continetur uvarum simile, radicibus pluribus atque tenuissimis et bene redolentibus,
Fu. et est virtute similis nardo. Fu nascitur in Ponto, foliis oleastri similibus. Cyp
Cipparum. parum a Graecis vocatur quod habeat virtutem ferventem. Radix eius est iunci tri
anguli, foliis porri similibus, radicibus nigris sive contiguis in similitudinem oliva
rum, odorissimis atque acerrimis. Nascitur in paludibus atque vacuis locis. Tra
ditur et alias species cypari quae in India nascitur et appellant lingua eorum Zinzib.
Iris illirica. Iris illirica a similitudine iris caelestis nomen accepit. Unde et a Latinis arcum
dicitur. Iris quod flos eius coloris varietate eundem arcum caelestem imitetur. Illiri
ca autem dicitur quia in Illirica plurima et violentissima est. Species eius foliis gladioli
Acorum. similibus, radice aromatica, odoris boni. Acorum foliis iridis similibus, ra
dicibus acerrimi odoris sed iocundi, propter quod et aromatica est. Meu. Cardamomum.